

B. M. II, 178.
h. 49, 17.

(X1877912)



B. C. D.

DISSERTATIONEM JURIS PUBLICI

De

GANERBINATU,

Consensu

Magnifici Jctorum Ordinis

PRÆSIDE

DN. MARTINO ZACHARIA CRAMERO,

J. U. D. & inclytæ hujus Academiae
Syndico,

Patrono ac Præceptore æternum
colendo,

Publicæ eruditorum
disquisitioni exhibet

AUCTOR

FRIDERICUS JACOBUS Reichher /

Lipsiensis.

In Auditorio Jctorum

ad D. XXIX. Decembr. A. M. DC LXXVII.

LIPSIÆ,

Literis JOH. GEORG.



B. C. D.

DSSERTATIONEM JURIS PUBLICI

DE

GAMBERBIA

Contentis

Magnifico Honorum Ordinis

Præsidi

FRIDERICO MARTINO ZACHARIA GRAMMERO

J. U. D. & Academiæ



FRIDERICO MARTINO ZACHARIA GRAMMERO




In Auditorio Honorum

ad D. XXIX. Decembris. A. M. DC. LXXIII.

PRÆSIDI

FRIDERICO MARTINO ZACHARIA GRAMMERO





B. C. D.

§. I.

Ganerbinatus Jura causasque descripturum breviter ante omnia Nominis (a) rei que inquirere decet definitionem : Nomen in genere sumtum communionem rerum immobilium five condominiumum denotat. In specie vero & quatenus Ganerbinatus certis pactorum conventionumque legibus in castris plerumque existit, pro eorum varietate diverso modo rationeque consideratur, (b) & communionem Nobilium defensionis aut alterius rei gratia initam significat.

(a) Nominis ratione cum originis Germanicæ esse facile patet, tum constat apud Germanos præcipue usitatum frequensque esse communi Imperio castra ditio nesque possidere. *Besold. libr. 1. Polit. c. 5. n. 10. Gail d. Pignorat. c. 20. pr. Wehner. Observ. Practic. voc. Zwenher. rig. Arum. Vol. 1. Jar. Publ. disc. 13. qu. 12* Quæ plerumque nomine Gan Erbschafft indigitari *Idem ibid. qu. 13.* testatur. Consentiant enim DD. in eo communiter *Cl. Rittershusio Partit. Feudal. libr. 1. c. 17.* statuenti, vocem Gan Erben dici quasi gemeine Erben/cohæredes, condominiums rei communis, de quibus videri potest *Wehner Pract. Obs. v. Gan Erben. Besold. Thesaur. Practic. ibid.* & imprimis, qui ex professo hac de materia scripsit *Jacob. Wernerus Kyllinger d. Ganerbius castror. Disc. 1.* A quibus & ex publicis Imperii LL. hæc acceptio confirmatur, & ex ipsa insuper usurpata loquendi consuetudine vulgari li-

qv̄et, *Arnold. de Reyger. in Thesaur. voc. Gan Erben Reformat. Civitat. Francofurt, Part. 2 tit. 5. §. 1. seqq.* Wäre es daß viel eine Behausung oder ander liegend Gut mit einander / als Gan Erben in gemeinschaft hätten / &c. Hinc rectè sentit *Rosenthalius d. Feud. c. 2. conclus. 78. cum ait: Quod sint Ganerbinatus castra, oppida, arces sine vel cum pagis, certis quibusdam nobilibus communia, in hoc vel emta vel infeudata, ut illi ac sui posteri secundum leges certas (vermöge ihrer Verträge und Burg-Eyde) ibidem habitare possint.* Quam sententiam quoque amplectitur *† Ctissimus Daniel Heiderus, erudito, quod de Imperialibus Præfectis (Reichs-vögten) edidit opere Disc. 1 p. m. 28. lit. BBBB.* ubi Gan Erben Haus oder Schlos / dicit esse, so etlichen Adelichen Geschlechtern mit einander gemein ist. Olim enim Erb und Erben numero plurali proprio & peculiariter usurpatum fuit pro Possessoribus rerum immobilium, unde non solum apud Saxones, Pomeranos & vicinos, sed etiamnum hodie inter nobiles, qui Domini sunt Arcis, castri, aut Prædii alicujus, nomen Erb in inscriptionibus usurpatur, veluti Erb sassen auß N. Eodem modo apud Latinos veteres in usu fuisse legimus nomen Heres pro Domino usurpari *§. fin. vers. pro herede §. d. Hered. q. palit. & differ. Kyllinger. cit. loc. n. 41.*

(b) Partim propter castrorum sive Burgorum singularia Jura naturamq; quam egregie *Heringius integra Dissertatione adject. tractat d. Molendinis* explicat, quodque argumentum præclare persequitur *Kyllinger. d. Ganerb. Castr. Disc. 2. 3. & 4* Unde & ipsi Ganerbii Castrorum dicuntur *Burg-Männer / & Ganerbinatus Burgmanschaft.* *Id. Disc. 3. n. 26. seqq.* Partim quod hujus confociationis, ut causa, ita propositus finis diversus, & quæ illis accedunt, legum præcipua capita non sint unius generis.

§. II. Ejus Origo varia est, (a) plerique tamen eam ad illa referunt tempora, quibus silentibus legibus Jureque in armis posito (b) ingens latronum raptorumque licentia immaniter in Germaniæ nostræ terris grassabatur ac sæviebat. (c) Quod licet de plerisque & celebrioribus Ganerbinatibus neutiquam negari possit.

fit, non desunt tamen, qui ob conservationem familiae,
(d) administrationem communis castri non inordina-
tam, aliisque de causis singularibus coiverunt. (e)

(a) Postquam dubium amplius haud est, Ganerbinatum com-
munionem esse, tot quoque erunt ejus constituendi modi, quot Jure
privato *L. 3. ff. pro Soc. & tot. tit. ff. & C. Commun. Divid.* enumeran-
tur, & adhuc plures alii. Ita plurimi investiri æquali Jure possunt de
Feudo aliquo, qui in antiquis literis d. An. 1327. nominantur *San Erben Wehn. Obs. Pr. v.* *San Erben.* Societatem quoque castri aut lo-
ci cujusdam contrahi, eoque modo Ganerbinatum constitui posse
certum est, latius *Kyllinger d. Ganerb. castr. Disc. 5. Hering. d. Jur. Bur-
gor. num. 128.*

(b) Factum illud antequam Palladium hoc tranquillitatis pu-
blicæ, Pax publica à Maximilian. I. VVormatiæ An. 1495. publica le-
ge sanciretur, & proscriptionis sive Imperialis banni pœna in viola-
tores constitueretur, bellaque & diffidationes in Imperio antea certo
modo licitæ, vid. *A. B. tit. 17.* abrogarentur. Quod postea in aliis
quoque comitiis renovatum restauratumque salubriter *Gail. libr. sing.
d. Pac. Publ.* & majoris firmamenti causa inter capitulati num capita
à Caroli V. tempore ejus inserta conservatio, quod vel ex novissima
Capitulat. Leopold. art. 2 patescit. * Sæpius quidem Germanici * Licet capi-
Imperatores Pacis publicæ firmandæ causa, edicta proposuerunt, Fri-
der. I. cujus meminit *Radevicus libr. 2. c. 7.* Frider. II. quæ extant II
F. 27. & 53. Ludovicus Bavarus, *Rebdorff. Annal. ad Ann. 1345. edit.* certis legum
Gewold p. m. 35. Frider. III. comitiis Augustæ 1474. & Francof. 1486. permittendi
Lehm. Chron. Spir. 7. c. 13. & 17. gravissimisque pœnis turba-
torum nustrationis
modum non

A 3

demum ista ætate cœpisse, aut Henrici IV. regimine, sed ad nostræ Reip. in-
cunabula ejusdem primordia referenda esse, distingvendamque ejus originem ab
incremento, statuam cum *Celeberr. Conringio Dissert. d. Capitulat. Cesar. th.
13. & 19. & Diss. d. Negotiis Convent. Imperii th. 41. seqq. Vid. Limn. Pro-
leg. ad Capitulat. sect. 3. n. 4. & 15.* pertinetque eo *A. B. tit. 2. §. 10.* Conf.
de hoc argumento *Dn. Lindholtz erudita Dissertation. de Capitulat. Regni
Germanici habita Præsede Cl. Rachelio Kilon. 1675. Cap. 2. §. 1. usq. ad
ad 6.*

† Inde nota
comitū belli,
quod Dux E-
verhardus
contra Bru-
ningum ges-
serat, canum
portatio tem-
pore Otton.
I. Vitichind,
Annal. Sax.
l. 2. edit. Mei-
bom. p. m. 16.
cujus *κυρο-
φορίας* ex-
emplum in
Hermanno
Com. Pala-
tin. ob ean-
dem violatā
pacis causam
acerbe repeti-
it Frider. Bar-
barossa Imp.
Otto Frisin-
gensis libr. 2.
d. reb. gestis
Frider. c. 28.
Dan. Paveus
Histor. Palat.
p. m. 152. Plu-
ra de hujus
generis apud
Franco Sve-
vosque usita-
ta poena Vid.
ap. Banger-
tum in notis
eruditissimis
ad Arnold.
Lubecens.
Chron. Sla-
vor. l. 7. c. 2.

tōrum malitiam coercuere. † Nullus tamen Imperatorum ante Ma-
ximiliani I tempora valitura constanter ad posteritatem Lege, tran-
quillitatem Germaniæ aut dedit, aut dare potuit *Ludolph. Hugo d. Sta-
tu Region. Germ. c. 3. §. 8.* Partim quod teste *Dn. Schurzleisch, Præcepto-
re ac Promotore studiorum meorum, cum Wittebergæ viverem, æternum co-
lendo, Dissertat. quid expediat Imperio § 10.* Barbaries antehæ procerum
Germaniæ animos tribunaliaque obsideret, partim quod eam Pontificum
quoque fraus variis artibus impediret.

(c) Quanta fuerit olim in Germania Latronum copia, vel inde
iniri potest ratio, quod integra hujus notæ hominum sub Otton. I. in
expeditione contra Bolislaum Bohemum educta legatur Legio, apud
Wittich. Annal. Sax l. 2. quorum malitiæ insuper diffidationes atque
mores τῶν χερσῶν die Bevehdungen und das Faustrecht / in Ger-
mania quondam frequentissimè accedebant. * Unde dubium nul-
lum, mala ista, præcipue cum rebus fatali interregno lapsis & perturba-
to maxime Reip. statu, quo ferreo isto XIII. seculo, Ordines variis
Pactis unionum fœderumque se contra injustas invasiones munie-
bant, huic nobilium quoque instituto, ut confociatis armis animisque,
certaque societate mutæ defensionis lege inita, in communibus ca-
stris vim injustam depellerent, salutique consulere, ansam dedisse.
Quæ sententia est *Clariss. Rittershusii Partit. Feudal. l. 1. c. 17.* eorumque
qui eum vulgò magno numero describunt: Cujus viri laudanda,
omnino opera eximia ac singularis, quod juxta *Kyllinger. d. 11. Disc. 13.
n. 1. seqq. & Heider. d. Disc. von den Reichsvogteyen p. m. 126.* primus
obscura hæc Ganerbinatus jura eruerit, quæ ante eum à nullo
speciatim annotata fuissent. Nec prætereundum est, rem optimi in-
stituti in abusum quoque abiisse, & Ganerbinatus quosdam pessimo
more ac consilio, non defendendi, sed offendendi rapinasque exercendi
gratia contractos, & latronum in castellis communibus societatem
fuisse initam, adeo ut Imperatorum ad ista evertenda necessaria fuerint
arma,

* Pristinis namque temporibus ita iste mos invaluerat, ut arduæ imprimis res
duello finirentur. Cujusmodi exemplum ap. *Menoch. Corbeiens. L. 2. An-
nal.* extat, quo ab Ottone M. in comitiis Regni contentiones de succes-
sione nepotum cum filiis per gladiatores decisæ fuerunt. *Vicit igitur, inquit,
Pars quæ filios filiorum computabat inter filios, & firmatum est, ut æqua-
liter cum patris hereditatem dividerent pacto sempiterno.*

arma ** Vid. *Crusius Annal. Suevicor. Part. 3. libr. 2. cap. 13. & P. 2. l. 6. c. 12.* Quæ res causam dedit, ut publica Imperii Sanctione istorum hominum in castris communibus viventium audacia in ordinem redigeretur. *Erklärung des Land-Friedes d. Anno 1500. tit. 9. wieder der Gan Erben schloß.*

** Quod Frider. Aenobarbo Gunther. *Lignur. L. 5. vers. 212.* refert, ac de Rudolpho I. memoratur, eum in Thuringia LXVI. ejusmodi arces delevisse *Auct. Histor. d. Landgräv. Thuring. c. 76. ap. Pistor. Tom. 1. script. Germ. Lehman. Chron. Spir. L. 5. c. 104.*

(d) Quia publice interest Ordinum familiarumque dignitatem salvam esse *L. 1. §. 12 ff. d. Ventr. inspic.* dignitas autem ista & splendor servari ne utiqvam possit, si desint opes divitiæque rerum agenda- rum nervi, credibile omnino est, hanc rationem in conservandis ad posteros bonis avitis in vitam fuisse. *Conf. Besold. P. 2. Conf. 49. num 50. & 86.* Præsertim cum nihil tam magnum sit, quod divisione parvum non fiat, teste *Oldrado de Ponte Conf. 237. num. 7* Hinc eadem ratione à Friderico II. 2. F. 55. prohibita Ducatum Comitatumque divisio, & apud Illustriss. quasdam familias introductum primogenituræ Jus, quæ est apud Duces Brunsvicenses lineæ Gvelverbyticæ Anno 1535. confirmatum à Carolo V. 1539. item Hassiæ Landgraviis An. 1627. certis pactorum formulis, quas den Haupt- Accord nominant, innixum, confirmatione desuper ab Imper. Ferdinando II. An. 28. impetrata. *Conf. Springsfeld Tractat. d. Apanagio c. 5. & 6. tit. c. 3. Rumelinus ad A. B Part. 3 Dis. 5. Quod sanctione pragmatica tit. 7. §. 2. & tit. 25. §. 2. Carolus IV. in ditionibus quoque quibus Electoralis dignitas annexa est, apud Palatinum Saxonem & Brandenburgicum Electores obtinere voluit. Vid. Conring. Diff. d. Septemvir. §. 36. seqq.*

(e) Uti tradit *Kylling. d. Disc. 5. & Disc. 13. n. 1. & seqq.*

§. III. Ganerbinatum autem castrorum famosiorem, de quo nostra potissimum futura est tractatio (a) definiunt DD. (b) quod sit conventio sive pactum, inter illustres familias & Nobiles de bonis inter se communibus certis legibus ad hoc plerumque initum, ut se suasque facultates contra vim hostilem & incursiones defendant. (c)

(a) Nam de Ganerbinatu in genere agere, nihil aliud est, quam communionis & condominii Jura explicare, de quo *Vid. supr. §. 2. lit.*

(a) Ut proinde *Kyllinger Disc. 13. n. 48.* non injuria discedat à *Rittershu-*

l. 1. Partit. Feud. c. 17. inter arces Ganerbicas recensente oppida duos condominos habentia, & inter unum atque alterum Imperii statum communia. Quæ uti ad castra nobilium defensionis ergo Ganerbica facta non pertinent, ita à Rittershusio propositam Ganerbicatus descriptionem iisdem non convenire, recte judicat *Heiderus d. Disc. 1. von Reichs Vogtwey lit. CCCCC p. m. 126.*

(b) *Dn. Struvius Syntagm. Jur. Civ. Ex. 38. §. 47, Hahn. Dissert. d. Jur. in re Cap. 12. Conclus. 75.*

(c) Defensionem societatis Ganerbicæ inter illustres homines & Nobiles viros finem quondam ferè præcipuum fuisse supra jam dictum ad §. 2. lit. c. Hinc *Nob. Caspar à Lerch d. Ordin. equestr. Germ. fundam. 2.* ita de Nobilium castris scribit: *Ob wohl viel Krieg/ grosse Feldzug und Landes Eroberung/bey Heidnischen auch Christlicher Keyser Herrschung in Übung gewesen / haben iedoch gegen solch einkommender frembden Völkern Gewalt/nobiliores Viri und liberiores, & ad arma parati incole Provinciarum und des löbl. Reichs Adel Vorne Eltern pro bono & pace publica sich beflissen / auff hohe Berg/und bey Tieffe der Wasser/grosse starcke Gebäu/speculas, promontoria, arces, (ut arcerent a se hostes, Castella sive Castra von Gemäur und Thürmen zu erbauen/sich darinn defensive & offensive zu salviren / auch der Römischen Keyser und Könige/respective territoria, fines, limites, vias, provincias, Jura, securitatem, utilitatem, alimenta, commoda & appertinentias, zu verthädigen.* Ac porro assertioni meæ fidem facit *Crusius Annal. Suevic. Part. 3. lib. 2. c. 13.* *Arces, inquit, à priscis nobilibus edificatæ sunt, tuende communis libertatis & gloriæ Patriæ causa contra externos hostes, ideoq; in altis montibus aut aliis locis opportunis locatæ sunt arces. Postea Diabolice avaritiæ instinctu inde prædationes, aliæque injuriæ, in ipsos incolas & homines innocentes factæ sunt.* Quin tamen & aliæ fuerint rationes Ganerbicatum sive communionem in castris constituendi, (quod jam tum in §. præced. attigi) negari vix poterit. *Nam quamvis (verba sunt Kyllingeri Disc. 3. n. 12.) in omnibus propemodum Ganerbicatis castrorum interuenire solet pactum de mutua defensione, cum castrum ad eam rem potissimus usus sit, tamen non omnes hanc ob causam ineuntur, sed ob alias etiam, quo casu pacta de defensione mutua pro accidenti duntaxat habentur.* Attamen cum istæ nec satis constant, & ex pactorum tabulis, quæ haberi vix possunt, dijudicandæ sint, nemoque insuper in hac re nobis auctor extiterit, malui aliorum potius sententiam amplecti, & doctiorum judicio hæc relinquere, quam incerta conjectura temere niti. §. IV.

§. IV. Sed cum Ganerbinatibus pacta conventionesque sub nomine des Burg Frieden obvia accedant, (a) faciantque & ad constitutionem & ad conservacionem eorundem præcipue, consideranda quoque à nobis videntur, quatenus iisdem mutua amicitia, & de defendendis communibus rebus fides, ac succedendi jus, & alienationis in extraneos prohibita ratio, sancitur & Jurisjurandi religione firmatur atque adstringitur. (b) Quæ tamen Pactorum leges si ad successionem & imprimis confœderatione quadam in vitam defensionem pertinent, (c) ab iis saltem, qui suprema territorii Jura in Rep. Germanica possident, civiumque numero sunt, aut non dispari jure gaudent, constitui posse arbitrator. (d)

(a) Quia nullum aptius firmitusque reperitur in bonis Ganerbicis conservandis vinculum atque remedium, quam concors animus, ac propensa invicem sibi opitulandi voluntas, *Kylling Disc. 10. n. 23. Hering. d. Jur. Burg. n. 702 seqq.* Juratæ ejusmodi pactorum cautiones ad stabiliendum amicitiaæ fœdus retinendumque in familiis decus & ornamentum communiter usurpatæ leguntur, *Wehner. Obs. Practic. voc. Burg Friede Besold. Thesaur. Pract. ibid. Fichardus Volum. 1. Consil. 7 n. 9. Modestin. Pist. Vol. 1 Conf. 21.* Alia autem est hujus vocabuli acceptio, quando locum securitatis gratia, ab omni pacis violatione munitum, adeoque sanctum, uti sunt Palatia Principum, peculiariter denotat, de qua significatione nec nostrum est multa dicere, nec exquisitiora forsitan proferri possunt, quæ fecerint *Hering. d. Jur. Burgor. n. 722. seqq. Myler. ab Ehrenbach d. Princip. Imp. Part 2 c. 52* Illud hic in disceptationem venit, utrum ejusmodi pacta condominorum familiarumque jure valida sint atque subsistant? Quod distinctione addita inter familias condominosque, qui summa jurisdictione territorio

præsunt, & qui hoc jure destituuntur, privatorumque instar habentur, ita asserendum, ut de prioribus dubium quidem nullum de posterioribus autem saltem quatenus secundum jus commune, arg. *L. 37. ff. d. Pact.* de conservatione familiae atque Ganerbiorum dignitate & tranquillitate disponunt, concedendum sit. Vid. *Fichardum Vol. 1. Consil. VII. n. 11. Conf. l. ult. in fin. ff. de colleg. & corp. Besold. p. 2. C. 49. n. 36. seqq.* Non secus quam teste *Clariss. Rittershusio Partit. Feudal. l. 1. c. 17. & Hahnio Dissert. d. Jur. in re c. 12. Conclus. 75.* cuilibet integrum, qui rei suae liber est moderator ac arbiter, per *L. 21. C. mandat* bona sua, sive allodialia sive Feudalia sint, Ganerbicis legibus subicere, modo illud fiat legitime, nec in praedictum & detrimentum vergat eorum, qui in iisdem jus habent acquisitum, certumque & quod invitis auferri nequit.

(b) Quae praecipua pactorum capita sunt, utque eo melius facta tecta que maneant, nemo hujus communionis societatisve promore particeps fieri potest, nisi jure jurando ac fide data se legibus istis obstrinxerit. Patet hoc ex Pactorum usitatis ac consuetis formulis, quarum exempla *Kyll. Tract. d. Ganerb. Castr.* annexit Juramentum quoque quod praestant, qui Ganerbiorum numero in Friedbergensi arce adscribuntur, exhibet *Auctor des Berichts von der Stadt Friedberg c. 5. n. 1.* Vide praeterea *Reformation des Burgfrieden der Gans Erbschaft auff dem Schlosse Haun/ap. Joh. Leuben Tr. d. Ganerbiis, ex Rittershusio & Wehnero in vernaculam linguam translata.* It. *der Burgfriede zu Trefurth.* Illud notandum, quod in Ganerbinatibus plerumque obtinet, ut deficientis pars sociorum augeat, iisdemque accrescat. *Kylling. Disc. 6. n. 22.* Et quamvis alias constet jus succedendi Pactis jure communi transferri minime posse, ex longinqua tamen & diuturnis moribus usurpata consuetudine Principibus Ordinibusque Imperii hanc potestatem, speciatim accedente simul superioritate territoriali, competere censendum: Sed ita ut propter nexum feudalem confirmatio Caesaris nonnunquam videatur necessaria. *Gail. l. 2. Obs. Pract. 126. & 127. Carpzov. d. Pact. Confratern. Saxo-Hass. c. 3. th. 35. 39. & 44. Myler. ab Ehrenbach d. Princip. Imp. c. 25.* ubi recte convenienterque id ipsum ad immediatos Imperii Nobiles in circulo Rheno-Franconico ac Svevico quoque applicat. Quod eo magis perspicuum fit ex sanctionibus Imperii pragmaticis & ex ipsa capitulatione Leopoldina, dum in illis pleraque jura atque praerogativa pene simili-
lis-

lis, quæ Statibus Nobilibus attribuitur, pertinetque; huc *J. P. artic. §. 10.* vid. *Limn. l. 6. §. P. c. 3. n. 36.* Ad alienationis autem caput quod attinet firmam omnino atque justam in lucere arbitror obligationem, cum nihil tam congruum si fidei humanæ quam ea quæ inter eos placuerunt servari *pr. ff. d. Pact. add. L. 7. §. 7. ff. eod.* Vid. *Modestin. Pistor. Vol. 1. Consil. 21. n. 9. seqq.* Quod si speciatim pactorum tabulæ, alienationis mentionem haud faciant, nihilominus indubitati juris est, partis pro indiviso condominum pro indiviso eandem in alium transferre minime posse, quia in re pro indiviso possessa, neuter partis certæ dominus est, sed uniuscujusque pars incerta & per totum fundum sive prædium est diffusa, quod eleganter declarant *L. 7. §. f. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solvitur* & *L. 8. ff. d. Rei Vindicatione* Cæterum cum de hoc argumento luculenter atque erudite differat *Kylling. d. Ganerb. Castr. Disc. 7.* plura non addam.

(c) Defensionem etsi non naturalis tantum ratio, sed jura insuper omnia impune permittant *per L. 45 §. 4. ff. ad leg. Aquil. L. 1. §. 27. ff. d. vi & vi arm. L. 2. & 3. C. ad L. Corn. d. Sicar.* sitque ea teste *Tullio pro Milone, non scripta sed nata lex, ut si vita nostra in aliquas insidias incidisset, omnis honesta ratio sit expedienda salutis, quia ut idem ait libr. 1. Offic. omnium animantium generi à natura tributum ut se viam corpusque tueatur* attamen ut sit justa. certis atque legitimis necessitatis legibus adstricta esse debet, *Grotius d. J. B. & P. l. 2 c. 1.* discernendaque vel maxime ab ea, quæ contracto fœdere in hostium injuriam impetumque coalescit, quam uti alii tribuere, nisi iis, qui juris fœderum fanciendorum participes atque imperio immediate addicti sunt, moribus ac legibus Imperii repugnat, *Vid. Capitul. Leopold. artic. 7. & 9.* quibus omnis mediatorum subditorum confœderatio vehementer ac severe prohibetur; ita Germanici Imperii Civibus hæc pangendi fœdera potestas longo continuoque usu, quem civilis historiæ contextus confirmat ac comprobatur, rectissime tribuitur. *Vid. Trithemius Chronic. Hirssang. ad An. 1366. Lehmann. Chronic. Spirens. l. 5 c. 92. & l. 7. c. 69. Rebdorff. Annal. ad An. 1344. p. m. 39, Cognita namque sunt illa singulariter annotata Ordinum fœdera Svevicum] de quo *Crus. Part. 3. Annal. Svevic. l. 9. c. 1. Schmalcaldicum An. 1531. de quo Sleidan. l. 7. Comment. Hortleder. von Ursachen des Deutschen Krieges l. 8. c. 2.* Quod licet *Surius. Ant. Quet-**

na & Ludovic. d. Avila impugnent ac veluti improbum rejiciant. defendit tamen *Anton. Coler. de Jure Imper. Germ. sect 73 74. 75. it B. Zierixius Discurs. Apologet. pro foedere Schmalcald. Foedus Chamborticum cum Henric. II. Galliae Rege, de quo Waremundus ab Ehrenberg d. Foederib. c. 2 n. 41. Nostro hoc sec. Unio Protestantium ac Pontificiorum Liga extant, plura exempla exhibet Fridberg. ad Burgoldens. Part. 3. Dissert. 2. §. 4. Quod peculiare ac excellens jus eo clarius ex A. B. tit. 15. & R. J. Worm d. An. 1495. patescit, quo foedera & superioribus temporibus licita noscuntur, & post sanction. Westphalicam Artic. 8 §. gaudeant &c. nullus dubitationi locus relictus. Vid. Limn. JP. l. 4. c. 8. n. 16. seqq. Ludolph. Hugo Dissert. d. Stat. Region. Germ. c. 3. §. 15. & 16. Quae confederationis libertas quin immediatae Imperii Nobilitati pariter conveniat ex Ordinat. liber. equestr. An. 1562. ab Imp. Ferdinand. I. confirmata intelligitur, latiusque DDorum Juris Publici citatis eò testimoniis probat Myler. d. Princip. Imp. P. 1. c. 17. n. 7. & 17. Kylling. Disc. 15. n. 44. seqq.*

(d) Hic non incommode quæri videtur, quinam sint Cives Imperii? & quid ad illorū substantiam requiratur qui stylo recentiori curiæ Teutonicæ hodie Status nominantur, hoc vocabulo ante Maximil tempora in diplomatis ea notione non occurrente? Quamvis igitur magna sit varietas sententiarum, quas erudite recenset Dn. *Ericus Mauritius Dissert. de Matricula Imper §. 14. ad §. 18.* illa tamen certa firmaque ratione nititur, quæ iis notam titulumque Statuum tribuit qui jus sessionis & suffragii in comitiis possident, quod unice essentiam eorundem constituere affirmat *Celeberr. Conring. Dissert. d. Civib. Imper. §. 8. Dn. Mauritius d. Disp. §. 19. Arumæus d. Comitibus c. 4. pr. Myler. d. Statib. Imp. c. 11 n. 3. Paurmeist. d. Jurisdic. c. 8. num. 3.* Cujus assertionis firmum quoque fundamentum inesse putamus in *R. J. An. 1548. §. Und. niemohl auch / & c. I. artic. 8. J. P. O. §. & gaudeant.* Pertinet huc & illud, quod hoc Ordinum jus, suffragiique Comitialis dignitas, non in persona saltē, sed & in gleba posita reperitur, prout evidenter atque perspicue ex *R. J. 1654. §. 82. & Capitulat. Leopold. artic. 47.* apparet.

§. V. Ita Constituto Ganerbinatu superest, ut de administratione ejusmodi societatum, & quæ jura sigillatim

latim iis competant breviter dispiciamus; de priori, quidem ex moribus & institutis Ganerbinatum constat, solere eandem, cum ratione bonorum, tum etiam Jurisdictionis, quæ regulariter aliàs ad unumquemque in solidum pertinet, (a) plerumque majorinatu, in primis si unius gentis sint condomini, aut is communi suffragio electus sit, castrorumque curam, adjunctis simul certis assessoribus, demandari, quæ communiter Burggraviis nominant. (b) Et licet hunc dignitatis titulum illis, qui Fridbergensi, ac Gelnhufano in castris regimen obtinent, proprie concedam, quippe auctoritate publica, & investiturarum tabulis eo nomine præditis, (c) quin tamen omnibus indifferenter Ganerbiorum castrorum Præfectis tribuam, monumentis certis styloque Imperialis curiæ destituor.

(a) *Kylling. Disc. 8.* Ubi diserte quoque memorat, ac asserit, Jurisdictionem per se nullo modo, sed ex accidenti tantum & quoad commoditates, respectu utentium divisionem recipere, unde non obscure est, ab omnibus Jurisdictionem conjunctim exercendam esse, *Kylling. d. Dis. n. 69. seqq.* & nullum condominorum contra socium, eandem exercere posse. *Joh. Petr. Surdus Consil. 47. Kylling. Disc. 9. n. 1. Myler. d. Princip. Imper. Part. 1. c. 20. n. 32.* Pari enim in parem non competere Jurisdictionem notissimum est.

(b) De qua administrandi ratione *Rittershus. d. l. 1. c. 17. & ex eo Wehner. Obs. Practic. lit. G. voc. Gan Erben It. Besold. Thesaur. Practic. ibid. Kylling. d. Ganerb. Castror. Disc. 2. n. 43. seqq. Disc. 3. n. 168. & 169. Disc. 10. n. 69. 12. add. Hering. Dissert. d. Jur. Burgor. n. 649. seqq. usq. 662.* De Burggraviis hoc loco memorandum, eos Carolingico ævo adhuc incognitos, initia sua referre ad Ottonum tempora, & cum

antea hujus muneris dignitas ex arbitrio Cæsarum penderet, neque
uni familiæ esset propria, ad leges hæreditarias sec. XIII Rudolphi au-
spiciis redacta est, qui Burggraviatum Magdeburgicum à Dynastis
Scrapelanis in Duces Saxo-Ascanios duraturo ad posteros jure
transtulit, & Noribergensem Friderico comiti in Zollern, quod pri-
mus collatæ Cæsareæ dignitatis nuncius extitisset, pari modo con-
cessit, *Peucerus l. 5. Chron. Carion. Chytraeus Saxon. l. 15. Dn. Scurtz-
fleisch Dissertat. d. Wittikindo, & d. Notit Imp. Msc. cap. de Elector. Saxon.
& Brandenburg. & Dissertat. d. Vitricis Eccles. n. 8.* Quem Burggravii ti-
tulū Serenissimi isti Electores adhuc constanter conservant ac retinēt,
nō vano nomine, uti *Noldenius* existimat, cum ratione hujus Elector
Saxon. Principali dignitate gaudeat, & possideat cum titulo jureque
insignium, annexa pariter loca, nimir. Præfecturam Gommern/
Raccus/Elbenau/ und Pleßgau/ licet Jdictioni in Magdeburgum,
Halamque, quæ olim competebat, renunciaverit per *Recess. Islebiens.
d. 10. Jun. 1587.* Vid. *Hortleder Von Ursachen des Deutschen Kriegs/
l. 5. c. 25. Wehner. Observ. Practic. verb. Bogten. Celeberr. Dn. Stranckius
Diss. Exoter. 11. § 7. 8. 9.* Cæterum Burggraviatus, principali dignitate
conspicui præter Reineccensem, qui à Moguntino Electore & Hano-
viensi comite possidetur, & Stromburgensem, qui neutiqvam, ut
Limneus asserit. *l. 4. c. 4. n. 87.* in Palatinorum Patrimonio est, sed per-
tinet ad diocesin Episcopi Monasteriens. argumento litterarum me-
morialium, in comitiis Ratisbonens. 1653 Cæsari pro impetrando eo
nomine votum & sessionem exhibitarum, quas profert ipse & prius
refellit *Limn. tom 2. Addit ad h. l. alii insuper haud reperiuntur.
Reinking. d. Regim. Sec. & Eccles. l. 1. Cl. 4. c. 13. n. 44. seqq.* Etsi negare
non audeam dari & alios Burggravios, quorum quatuor ordines fa-
cit *Auctor des Berichts von Reichs Bogteyen Disc. 1. p. m. 128.* Quo-
rum & Catalogum ex antiquis Histor. German. monumentis colle-
ctum invenies ap. *Cyriac. Spangenberg im Adel-Spiegel l. 10 c. 20.*
(c) Singulare est horum castrorum, quod eligunt condomini Burg-
gravium, qui ab Imperatore confirmatus, vid. *diplom. Carol. V. à. A.
1541. ubi hæc habentur verba: Und darum den gedachten Johann
Brendeln/zu des Heil. Reichs Burggraffeu bestimtes Schlosses/ und
Stadt Friedberg investiret, confirmiret und bestetiget &c. cum ad-
juncto ædili Baumeister certisque assessoribus, qui Fridbergæ 12.*
nume-

numero sunt, *Informat. Fridberg. P. 1. c. 4. n. 39.* Bona Ganerbica administrat ac condominorum Judex est. Quod etiam ap. Gelnhusanos Nobiles habet locum, quatenus iisdem cum Fridbergensibus Juribus ac privilegiis fruuntur, *Kylling. Disc. 19. n. 31.*

§. VI. Cæterum quæ de Juribus Ganerbiorum tradidit *Rittershusius* (a) exceptis pactis & conditionibus societatis & fœderis mutui, inter ipsos aliosque Vasallos nullum esse discrimen, id veritati maxime convenit. Nam quod primæ Instantiæ Jus Fridbergensibus ac Gelnhusanis Ganerbiis tribuatur, illud est ex privilegio, & quatenus Imperio immediate subjecti sunt Nobiles condomini. (b) Ut proinde miretur quispiam quid Paurmeistero & ex illo Arumæo venerit in mentem, cum illud privilegium ad omnes communium arcium possessores extendunt, statuuntque, à Principum, in quorum territoriis ejusmodi castra sita sunt, ordinaria Jurisdictione eximi. (c)

(a) *L. 1. c. 17. Partit. Feudal.*

(b) Quod non statim in Camera aut judicio Aulico conveniri possint Nobiles hi Ganerbi, (alii enim non recipiuntur) illud duplici ex causa accidit, (1) quod singulari concessione Carol. IV. An. 1366. confirmatum à Frider. III. 1471. hoc jus obtinuerint. (2) Quia nobiles immediati, qualem characterem isti castrenses gerunt, *Limn. Add. Tom. 1. ad l. 6. c. 3. n. 32.* juris austregarum sunt Participes, juxta *Ordin. Cameral. P. 2. tit. 3. 4. 5.* quæ primùm An. 1495. sanctione publica arbitrarii judices sub modo rationeque certa instituti confirmatique sunt. Vid. *Conring. Dissert. d. Judic. Reipubl. Germ. §. 53. & 61. Myler. d. Princip. P. 1. c. 20. n. 39. seqq. Limn. l. 9. §. P. c. 5. Wehner. Observ. Practic. voc. Austrag.*

(c) *Paur-*

(c) *Paurmeister: d. Jdictionel 2. c. 9. n. 74 & 90. Arum. Disc. Acad. J. P. 13 d. Concurrentia Jdiction in Imperio quest. 3. Inde nobiscum sentiunt Kylling. Disc. 9. n. 13 seqq. Besold Part 2. Consil. 49. n. 170 171.*

§. VIII. Arces castraque Ganerbinatum recensent Viri Clarissimi, *Rittershusius, Besoldus, VVehnerus & Kyllingerus*, allegatis jam à nobis sapissime locis, ut adeo isto labore defungi supervacuum esse existimem. Illud hic monendum, suppeditare hujus rei in Rep. nostra illustre Exemplum Gelnhusanum atque Fridbergense castrum (a), Præsertim cum Burggravius Fridbergæ singularia teneat jura, nec cum sexumviris, *juxta diploma Albertinum* (b), membrum sit tantum Senatus, sed uti rectè à *VVehnero* proditum est, civitatis insuper judex, (c) ac rerum civilium criminaliumq; supremus arbiter. Quod indicio est Præfecti Imperialis vicem adhuc gerere Burggravium, (d) nominariq; eo nomine in authenticis monumentis & rescriptis Cæsarum, *Oberster Richter und des Reichs Ambmann in Burg und Stadt Friedberg* / ac jus ei competere constituendi in urbe vicarium judicem (e). A qua tamen Jurisdictione Præsidiali ad omnimodam seu territorialem concludendum minime, istaq; jura invicem confundenda non sunt (f). Manet enim Fridbergæ salva libertas, juraq; ab Imperatoribus concessa, & Imperio hoc Burggravii, quod Imperatoris nomine exercet, immedietatis ac comparendi in comitiis

mitiis ratio, urbi ne utiqvam imminuitur (g). Nec
prætereundus hic est Ganerbinatus insignis, qui Tre-
furti in Hassiæ Thuringiæq; finibus sito oppido & ca-
stro à Serenissimo nostro Electore, Moguntino,
atq; Hassiæ Landgravio adhuc colitur. (h)

(a) Castrum hoc à Fride II. extractum prodit *Dilich. Chron.*
Hass, Part. 1. p. m. 60. indeqve nomen accepisse ut Friedrichsburg
diceretur, & nobilibus certis sub Ganerbinatus jure ab eodem
cum comitatu quodam attributum, qui *Dilichio d. l. & Vechnero*
Breviar. à Germ. p. 92 scribitur die Graffschafft Reichen / incertus
an sphalmate quodam, an vera opinione; *Informatio* certe *Frid-*
bergensis * habet Reichen quam hac in parte probandam ar-
bitror, nec non *Spangenberg* in *Adelspiegel l. 19. c. 14.* *Vid. d. In-*
form. in Præfat. & P. 1. c. 2. n. 13. & 49. In eo tamen dissentit
Spangenbergius, quod primordia hujus Ganerbinatus Alberto I. ad-
scribat, statuatq; Burgum istud Friderici cum memorato comitatu.
quem ultimus proscriptione possidere desierat, communionis le-
gibus propter navatam in bello civili contra Adolphum operam,
ab eo familiis Nobilitatis Rhenensis donatum, atq; eximiis privile-
giis exornatū fuisse. Quod licet de Comitatu forsitan verisimile fieri
possit, cum illud de Nobilibus partes Alberti sequentibus veritati
Historicæ omnino respondeat *V. Rebdorff. ad Ann. 1298 p. m. 3.* atq;
pariter constet *ex Kyllingero Disc. 19. n. 15.* Castra Ganerbica Rhe-
nano circulo inserta, Rhenensi nobilitati dedicata esse Illud ta-
men *ex diplomate Rudolphino*, quo pax inter castrum & civitatem san-
citur atq; præcipitur *dat. Moguntia An. 1285.* clarum perspicuumq;
fit, jam tum communionem quandam ibidem nobilium fuisse,
qui castrenses milites, castrensiq; feuda ab Imperio tenere in eo
dicuntur. ** Unde non incongrue Rosenthalius *c. 2 d. Fend Con-*
claf. 78. sentit, castrum illud quod & hodie vocatur: *Kaiserl. Maj.*
und des Reichs Burg olim Nobilibus pro defensione & arcis & lo-

C

** Certum autem est militum notione simpliciter stylo superiorum
temporum convenienti ac feudorum libris usitato, equestri Ordinis homines
quorum bello semper præclara laus & grande decus quaesitum, venire, qui *Reb-*
dorff. ad An. 1346. nobiles milites audiunt. *Vid. Dn. Schurzfleisch. Diss. d.*
reb. Danicis, th. 3. lit. f. & quem ibi citat Reinec. ad Poet. Sax. anonym. l. 1.
p. 13. it. Bæcler. de notit. Imper. l. 10. c. 1.

* Meminit
hujus Infor-
mationis *Kyl-*
ling. Disc. 19.
n. 27. prodiit
sub nomine
gründlicher
bericht des H.
Reichsstadt
Fridberg be-
treffend / &c.
A. 1610. Au-
tor ejus fu-
isse dicitur,
Joh. Gædde
Antecessor
Marpurgens.
quondam in-
clytus. Huic
scripto oppo-
situm aliud:
Beständiger
Gegenbericht
der Kaiserl.
Reichs Burg
ci Friedeberg /
quæ conjun-
ctim edita
sunt in forma
majoris ordi-
nis Marpur-
gi 1641.

ci collatum fuisse. De qua singulari Ganerbinatus specie exquisi-
te differit *Kylling Disc. 18.* Atq; huc spectat *Besold. Disc. d. Ordin. e-
questr. n. 4.* sententia, dicentis. Olim pene omnes Nobiles vel Ro-
manorum vel Francorum praesidiarios extitisse, qui in castris Bur-
gisque suis vel loco vel arte munitis habitarunt, & provincias bel-
lo acqvisitas aut gubernarunt, aut contra hostes & veteres co-
lonos defenderunt. *Conf. Conrad. Lagus in comparat. Jur. Civil. &
Saxon. l. 2. c. 8. vers. ein Burggraff.* Caterum ejusmodi Castren-
ses Battenbergi in Hassiae superioris oppido quoq; habitasse, & in
Senatum veniendi potestatem habuisse, memorat *Dilich. Chron. Hass.
P. 1. p. m. 95.* & prope urbem inferioris Hass. VVolfshagen arcem
munitam & limitaneam certos milites, quos Burgenses nominat, te-
nuisse meminit *Id. d. l. p. 169.* Quae porro circa hoc & Gelnhusanum
castra memoranda, latius explicat *Kyllinger Disc. 19.* quae cum in
supplementum Practicum ad Observationes Wehneri relata sint, illudque
omnium jam manibus versetur, labore multa inde proferendi su-
perfedeo.

(b) *De An. 1306. P. 2. Informat. Fridberg. n. 12. add. Auct. des Gegenberichts P. 1. c. 2. n. 41. & 49.* ex quo evidenter constat electos a
civibus castrenses, quibus tamen reliqui condomini, (dicti die Res-
giments BurgMänner) alios, nisi idoneos existiment, substituere
tenore earundem tabularum omnino possunt, omnibus rebus civi-
libus interesse debere. Cujus juris confirmatio expresse ac lucu-
lenter repetita in *Recess. cujus auctor extitit Rupert. Palatin. mandato
Carol. IV. d. An. 1378.* ubi haec verba habentur: Auch entscheiden wir
daß 6. BurgMänner/die die Bürger fiesen. solten/zu ihnen in ihren
Rath gehen sollen/und sollen bey aller Sachen seyn/und daß die Bür-
ger ohne die sechs nichts setzen oder thun sollen heimlich oder dffen-
bar. Inde est quod secundum transactionem d. Ann. 1571. omnia Se-
natus decreta speciatim Burggravii mentionem faciant: Erkennen
wir Burggraff/Bürgermeister und Rath &c. Quod utrum titulotenus
fiat, nullamq; adeo praerogativam ac potestatem inferat, defendere
vix poterit *Auct. Informat. Fridberg. c. 4. n. 100.* Contrarium certe &
ipsa transactionis verba, & *Auct. des Gegenberichts ad d. l. satis evin-
cunt.* Cui Senatorum consilio non solum interest sed etiam praest
Burggravius *Auct. des Gegenberichts c. 4. ad n. 96. 97. & 98. & c. 9. per*
tot.

tot. Pertinetq; ad dignitatem & Jus Burggravii, quod ex capite
superioris Jurisdictionis, Senatores & universi Cives homagium
ipsi præstare tenentur ex pacto d. An. 1483. quod in conventione
An. 1608. renovatum, ac An. 1611 1613. 1621. à Cæsaribus confirma-
tum ac severe præceptum est, verbis seqq. So ist Ihr Kays. Maj.
ernster endlicher Befelich/das die Rathsbürger sampt Bürgemeister
und gemeiner Bürgerschaft zu Friedberg/zu ewigen Zeiten/die durch
Adeliche Burgmanne erwählte/auch von Ihr Maj. und derselben
Nachkommen am Reich bestätigte Burggrafen/in solcher Würde/
wie auch vor Ihr. Maj. und des Reichs Obersten Richter und Ampt-
mann erkennen/halten und ehren/denselben von Alters/sonderlich
nach Ausweisung der/ in An, 1483. auffgerichteten Huldigungs Ver-
schreibung/huldigen/geloben und schweren/getreu/hold/gehorsam
und gewürtig zu seyn/auff deren erfordern zu erscheinen/deren Oberge-
boten und Bescheiden gehorsam nachkommen / oder aber von ihnen
gebührende Straffe zu gewarten/Sc.vid. Auct des Gegenberichts P.
1. c 5. ad n. 20. seq. usq; ad 43.

(c.) Reprehendunt quidem vehementer VVehnerum in
tom. 6. symphorem c. 7. Kyllinger. Diss. 19. n. 30. Auct Informat. Frid-
berg. in Præfat. & ex eo Limneus L. 7. § P. c. 17. n. 22. quasi erronee
statuentem, quod coram Burggravio, & condominis castri, omnes
subditi, incolæ & officiales conveniri, nec ad extranea judicia trahi
possint aut evocari. Quod tamen verissime dictum arbitror, (li-
cet hac mea assertione libertati civitatis Fridbergens. detrahere
aut præjudicare quicquam nolim) imprimis si clarissima sanctionis
Carolinæ verba perlegantur d. An. 1350. in P. 2. Inform. Fridb. num. 21.
quæ diserte habent: Das niemand auff ihr/ (der Bürger zu
Friedberg) Liebe/oder auff ihr Gut/es sy eigen zc. sy Laden/heischen
oder beclagen sal vder mag/noch soln sy zu keiner Antwort sten/ oder
ymant anders/wy er genant ist/wann nur alleine vor Irme rechten
Ambtmannden sy iezund haben/ oder hernach gewynnen von
unseren und des Reichs wegen in der Statt Fridberg &c. Confir-
mant hoc privilegii caput tabulæ Frider. III. ejusdem tenoris, d.
An. 1442. & insequentium Imperatorum diplomata, Caroli V. d. An.
1533. Ferdinandi I. 1559. Maximiliani II 1566, Rudolphi II. 1582, Un-
de nec ipse Knipschild. d. Jurib. Civitat. Imperial. l. 5. c. 5. cum in eo

argumento verfaretur n. 8. § 30. hoc Jus Burggravii dubium facere aut negare potuit, & *Rumelinus ad A. B. P. 2. Diss. 1. th 8.* expresse hanc nostram sententiam pariter amplectitur, ipsaq; civium jurisjurandi formula, quam *Auct. Inform. Frid.* profert, luculenter approbat; Wäre es aber/daß er/der Bürger/in seiner Bürgerschaft mit dem Rathe zu schicken gewinne/der soll das nirgend anders fordern/suchen noch fürnehmen/denn für unserm Herrn und Junckern/dem Burggrafen und den 12. Burgmannen des Regiments zur Burg Friedberg/darumb Recht zu geben und zu nehmen/ Conatur quidem adserere *Auctor Inform. Fridberg. c. 4. num. 88.* esse hoc Judicium ex pacto & conventionem, refertq; ad Jus Austregarum Urbium Imperialium quibusdam cum reliquis Statibus commune, firmis vero certisq; argumentis omnino destituitur, quia ejusmodi pactum non extat, & veritati magis congruit fluere istius juris primordia ex Jurisdictione Praefecturali ab Impp. Burggraviis concessa ac fundata in allata Sanctione Carolina, ac Diplomate Albertino Ann. 1306. Darumb sollen die Burgmanne in der Stadt nehmen was die Scheffen teilen/und die Bürger in der Burg/was die Burgmänner teilen/beyderseits unverzögertlich vor den Burggraven &c. It. ibid. Da soll der Burggrave den Bürger richten in der Burg/als die Burgmann teilen/und den BurgMannen in der Statt/als die Scheffen teiln. Constat enim ex *Ruperti Regis, Entschied A. 1410. P. 2. Inform. Fridb. n. 547.* Daß der Burggrave Oberster Richter in der Burg und Stadt ist. *Auct. Des Gegenber. ad c. 4. num. 88 seqq. § ad c. 1. num. 281.*

(d) Quale fuerit olim Urbium Imperialium regimen & Jurisdictioni ratio, latissime explicat rerum Germanicarum scientissimus scriptor *Christophorus Lehmannus*, nunquam fatis laudandi operis (testimonio *Incomparabilis Conringii Censur. diplomat. Ludovician. c. 8.*) Auctor, cui *Chronici Spirensis* infra dignitatem nomen inditum, *libr. 2. c. 22. § libr. 4. c. 2 § 3.* Et post hunc *Doctiss. Daniel. Heiderus Disc. von Reichs Vogteyen sub lit. hhh. iii. kkk. III. Knipschild. d. Jur. Civitat Imp. l. 5. c. 3* Illud constat, tempestate Francorum Regum in omnibus Urbibus vicisque meri mixtique Imperii vim penes comites aut Legatos Regios, qui ævo Carolingico missi nominantur, extitisse, summamque rerum eosdem nomine Regis administrasse in
attri-

attributis sibi ditionibus, quæ antiquitus Pagi, vernacula lingua *Städte* audiunt, de quibus *Confer. Lehmann. Chron Spirens. l. 2. c. 18 Knichen. d. Jur. territor. c. 4. n. 183 ad n. 254. § 291 ad 309.* & quæ de Pagis superioris Germaniæ figillatim egregia collegit *Marquard. Freherus Ordin. Palat. c. 5.* de Inferioris vero Germaniæ pagis laudabili industria commentatur *Henric. Meibomius in commentariolo edito inter ejusdem Opuscula varia Historica Helmstadi Anno 1660* Nam quod *Auct. Disc. von Reichs Vogtweyen dict. locc § Disc. Apologet. prelim 8.* ad Justitiæ administrationem restringit Præfectorum Imperialium munus, refellitque *Magerum Advocat. Armat. c. 2 n. 220* præter Præsidatum in Criminalibus & Assessoratum in Civilibus, Advocatis Urbicis tribuentem, quod consueverint etiam in causis debitorum extrajudicialiter decernere & vicem Imperatoris gerere, regere Remp puniendo delinquentes, & mulctando &c &c. atque *Reinkingium d. Regim. Secul & Eccles. l. 1. Cl. 5 c. 20. n. 17* statuentem: Præfectos Cæsareos in Urbibus nomine Imperatoris Senatoriis Consultationibus non interfuisse, sed præfuisse. Id est ejusmodi ut si antiquiora tempora respiciantur, fide & fundamento certo haud nitatur. *Dn. Conring. Dissert. d. Urb. Germ th. 69. § 73.* quod neque penitus negare audeat *Knipschild d. l. 5. c. 3. n. 24 § 30* Non equidem inficias eo, incoepisse post Ottonum & Henricorum tempora paulatim, Urbes opibus ac potentia validas insurgere, (cujus initium in primis ad sec. XII refert inclytum rei litterariæ Sidus *Hermannus Conringius*) atque id simul agere, ut comitiorum dignitatem adipiscerentur. Quo licet nec olim forsitan plane caruerint à sec. tamen XIV. demum continuo perpetuoque usu hoc jure gavisos apparet. *Dn. Conring Diss d. Civib Imper. th. 54 § d. Comitibus Imper. th. 52. Limn. tom 1. Addit. l. 7. c. 1. n. 48* Quo factum postea, ut non singularem saltem classem in conventibus publicis constituerent, sed in iisdem suffragio, quod superiori seculo plane in disceptationem veniebat, *Lehman Chron. Spirens l. 4. c. 4.* decisivo penitus fruentur. Quod confirmatum ipsis denuo evidenter per *Sanct. Westphal. artic. 8. §. tam in universalibus §c Confer. Auct. der Grundfeste P. 2 c. 6. Bæcler. d. Notit. Imper. l. 1. c. 3* re & correferendi potestate tamen Superiorum Ordinum collegiis firmiter sibi hæctenus reservata. Cæterum, auspiciis libertatis ac melioris conditionis ipsis origo fuit, Præfectorum

etorum Imperialium, quorum Jura Episcopi, Duces aut Comites
 plerumque obtinebant, potestatem indies imminuere, ac partim in-
 dulgentia & privilegiis Cæsarum, partim emtione, permutatione, op-
 pignoratione, aut alio quodam titulo, aliquando vi ipsa consequi, ut
 eadem cum plena ac territorii nomine competenti Jdictione in se &
 ex suo Ordine creatos magistratus vel ex parte vel in solidum deri-
 varetur. *Dn. Conring. Diss. d. Urb. Germ. a. th. 120. ad fin Ludolph. Hugo
 de Stat. Region. Germ. c. 1. th. 7. Monzambano d. Stat. Imper. Germ c. 5.
 §. 10.* Iisdem tamen privilegiis aut immunitatibus omnes pariter
 non utuntur, sed inter illas, verba sunt *Conringii d. Diss th 128* non-
 nullæ & magistratum & judiciorum omnium plenam habent pote-
 statem, nonnullæ quæ ad magistratum constitutionem & judicia
 pertinent, hodieque vel à Cæsare ipso, vel ab Episcopis Ducibus
 Comitibus Abbatibus dependent Cujus generis cum sit Fridber-
 ga, uti ex authenticis monumentis à nobis assertum, non video, quæ
 ratione ad statum libertatis illimitatæ adspiret, Jdictione Præsi-
 diali tot Cæsarum tabulis sanctionibusque Burggravio firmata ac
 corroborata *Auct. des Gegenberichts von der Burg Friedberg ad P.
 1. c. 1. n. 281.* Hanc tamen Fridberga non sola experitur fortunam, ut
 Præfecti Imperialis Jdictione adhuc teneatur, verum Vezlariam fi-
 nitimam & Senatui Civitatum itidem adscriptam urbem habet ejus-
 dem sociam. Apertum enim est ex *Reinkingiol. 1 R. S. & E Cl 4. c.
 20 n. 19,* Præfecturam istius Urbis investituris Cæsaris conferri Land-
 graviis Hassiæ, qui in hunc usque diem per vicarium (Einen Vogt)
 quem ibi constitutum habent, & Judiciis præsent & executionum
 negotia procurant. *Limn. tom. 1. Addit, l. 7. post cap. 52. it. Knipschild.
 d. Jur. Civit Imp. l. 3. c. 59.*

(e) *Vid. Tabula Albertina d. An 1306.* Darnach sprechen wir/ daß
 ein Burggrafe/ wer Burggrafe ist/ setzen soll ein Schultesien in der
 Stat/ mit Rade der Scheffen/ doch also/ daß die gewalt Lygen soll an
 einen Burggrafen/ von unser wegen / &c. Quod Præfecti Imperialis
 munus eo magis indicat, quo certius ex monumentis veterum patet,
 jam olim fuisse solitos Comites seu Graviones propter negotiorum va-
 rietates & magnitudinem vicarios instituere, qui Judiciis comitum
 vice præessent & Schultesii dicerentur. *Dn. Conring. Diss. d. Judic.
 Reip. Germ th. 27.*

(d) Frount

(f) Prout studiosè facit *Auctor Informat. Fridberg. passim. P. 1. c. 1.* dum Burggravii causam oppugnat, invidiamque ipsi conciliare studet, quod dilucide adfirmat *Auct. des Gegenberichts P. 1. c. 1. ad n. 154. & 174.* Non enim consuetudini Imperiali repugnat, neque statui Urbium immediatarum officit, possidere Principes in istis singularem potestatem ac peculiaria Jura. Quæ uti notæ sunt pristini regiminis & mutatæ conditionis, ita superioritatem atque civile obsequium, minime arguunt. Cujus rei documentum præstant Argentoratum, Colonia Agrippina, Spira, Goslaria; aliæq; Imperio subditæ Urbes *Regner. Sixtin. d. Regall. 1. c. 4. num. 28. Reinking d. R. S. & E. l. 1. Cl. 4. c. 20. num. 20.* & præcipue *Clariss. Auctor Dise. Apologet. von Reichs-Vogteyen Prelim. 8. cui add. Knipschild. d. Jur. Civitat. l. 1. c. 3. a. n. 41. ad 53.* Hinc est quod inique admodum Rex Galliæ & præter Cessionis legem *Instrumento Pacis Monasteriens. §. tertio Imperator pro se totaq; & c. & §. teneatur Rex Christianissimus & c.* expressam, quæ satisfactionis nomine An. 1648. Alsatia cum Præfectura decem Urbium Imperialium ab Austriis concessa est, de qua *Joh. Georg. Kieffer Dissertat. d. Domo Austriaca qv. 26.* facit, dum hoc Advocatiæ Jus latius, & ad subjectionem extendere, ac ejusmodi ab iis jusjurandum sibi præstari voluit, quod obsequium & ratione territorii competens sublime summi Imperii Jus planissime denotat. Quod ut præcaverent Germani, à Gente ad dominatum proclivi non solum diserte ac luculenter *dict. §. teneatur & c.* supremum istarum Urbium dominium Imperio reservarunt, sed & *Capitulat. Cesari. artic. 8. versic. So Dann & c.* diligenter ac sedulo providerunt, ut dignitas ipsis ac Immedietatis Jus salvum maneret ac integrum. *Videat. Clariss. Dn. Schurzfleisch Dissert. d. Principio Moselle Ausonii n. 15.* Ubi prudenter eruditissimeq; omne hoc argumentum exponit. Conferatur insuper quæ de ista Landvogtia, superioritatē minus importante, multa egregiaq; in utramq; partem collegit *Knipschild. d. Jurib. Civitat. l. 1. c. 12. a. n. 175. ad fin. cap.*

(g) Privilegia Urbis Fridbergensis ac Immedietatis Jura ex *Informat. Fridberg.* ubi sparsim habentur, conjunctim explicat *Knipschild. d. Jurib. Civit. Imp. l. 3. c. 15.* Nimium tamen partibus studere videtur & in Burggravium est iniquior, dum ejus jura aut plane silentio præterit, aut minus convenienter recteque *Informationis Fridbergensis vestigiis insistens, enarrat,*

(h.) In-

(h) Initium hujus Ganerbinatus repetendum ab An. 1329. quo ab Elector. Moguntino, Thuringiæ ac Hassiæ Landgraviis, veteres hujus loci Domini, cum variis vastationibus ac rapinis illorum regionibus finitimis molesti essent, conjunctis viribus debellati ejectique sunt * *Wilhelm. Dilich. Chron. Hass. Part. 2, ad h. a. p. m, 185* Indeque communi dominio confectis Pactorum tabulis An. 1338 districtus iste, ab ipsis possideri cœpit. Domini illi in antiquis monumentis modo Greherrn modo Herrn von Drefurt audiunt licet, accuratiori loquendi modo styloque pragmatico, non idem dignitatis, hæ notiones significant. Vid *Bœcler. Notit. Imper. l. 9. c. 1.*

* De Drivordia apud Auctor Histor. Landgravi. Thuring. A. 1327. scriptum invenio. Eodem anno capti fuerunt Fredericus & Hermannus de Drivordia per Fridericum de Wangeheim & Advocatos Marchionis. Qui raptores fuerunt, & fovebant, unde ne occiderentur detenti sunt in Wangenheim & plures cum eis, alii ante ducti sunt in Gothã & suspensi. Qui autem supervixerunt innumerabili pecunia data vix mortis supplicium evaserunt. Ideo Episcopus Moguntinus, Landgravius Hassiæ, Marchio Misnensis, castrum & civitatē Drivordia obsederunt ac ceperunt A. 1328.

§. VIII. Postremum quod ad finiendi tollendi-que Ganerbinatus rationes pertinet, certum est iisdem quibus communio societasque privatorum solvitur, nisi specialibus Legibus aut conventionibus restrictio facta, modis finiri (a). Illud tamen speciatim in castris obtinet, ut quia divisionem non recipiunt, licitationis remedio indigeant (b). Quod si vero feudali Jure bona Ganerbica possideantur, tot habebunt amittendi causas, quot beneficiorum consuetudo iisdem constituit (c).

(a) § 4. & 5. *Inst. d. Societat. Ludwel. Comment ad Inst. d. l. & Exercitat XIV. th 2. Rittershus. Partition. Feudal l. 1. c. 7.* Nimirum accidit hoc renunciatione, dissensu, rei interitu, morte tam naturali (nisi alii in demortuorum Ganerbiorum locum substituuntur) quam civili, si secundum leges Imperii Bannitos recipiendo proscriptiois pœnam meruerint. *R. J. d. An. 1500. Erklärung des Landgr.*

Et aliquibus annis transactis iidem de Drivordia non cessaverunt à malis. Ideo Episcopus Moguntinus, Landgravius Hassiæ, Marchio Misnensis, castrum & civitatē Drivordia obsederunt ac ceperunt A. 1328.

Landfrieden zu Augspurg/tit. wieder der GanErben Schloß/
verb. Item/als wir hiervor und iezo/Et Ordnung des Landfrie-
den zu Worms An 1521. tit. eod.

(b) *Kyllinger d. Ganerb. Castror Disc. 6 n. 33. & Disc. 11.*

(c) *Vid. textus I. F. 5. 17. II. F. 23. & 24, Confer. Dn. Struv. Syn-
tagm. Jur. Feudal. c. 15 per tot.*

§. IX. Restat deniq; ut adfinia Ganerbinatus
consideremus. Quorum duo maxime memoranda
occurrunt, alterum Confraternitatis pactum, quod in
eo cum Ganerbinatus pacto convenit, quod utroque
successio aliquando acquiratur, licet alioquin haud pa-
rum inter se differant (a). Alterum est Advocatiæ
Jus, quod non minimam affinitatem cum Ganerbina-
tu habere auctor est Magerus (b). Loquitur autem
de Protectionis Jure simpliciter accepto, quodq; defen-
sionis terminos non egreditur, cum etiam detur illu-
strius, quod extra ordinem territorii Jura annexa
habet (c).

(a.) Quam differentiam explicat *Dn. Hahnus Dissert. d. Jure
ver. c. 12. Conclus. 75.* Cæterum de Pactis successoriis Principum Ger-
maniae, quæ Confraternitatis nomine stylo pragmatico indicantur,
*Vid. eundem d. Disc. 6. 11. conclus. 74. Reinking. d. Regim. Sec. & Eccles.
libr. 1. c. 4. cl. 18 Limn. L. 4. §. P. 6. 8. a. n. 126. ad 176.* quæ circa ea no-
tatu digna sunt ac observationem merentur peculiari dissertatione de-
scribunt *Joh. Caspar Guttich. Bartholom. Musculu s Petr. Ritterus ap.
Arum. Disc. Academ. Jur. Publ. tom. 1. 22.* & qui instar omnium est
*Consultissimus Dn. Benedict. Carpzovius b. m. Dissertatione erudita ac
omni laude majori d. Pacto Confraternitatis Saxo-Hassiacæ.* Quod
equidem hæreditarii fœderis exemplum insigne est maxime, atq;
antiquitate ipsa conspicuum ac memorabile. Verisimiliter autem

D

fen-

sentiunt qui ejus auspiciū repetunt ab An 1263. eo nimirum tem-
 pore, quo post grave ac per novem annos diuturnum bellum inter
 Henricum Illustrem Marchionem Misniæ, & Sophiam Brabantinam
 de Thuringicæ ac Hassiacæ terræ possessione pax tandem coaluit.
*Chron. Citiz. Paul. Langii ad An 1259. Histor. d. Landgrav. Thuring. ad
 An. 1263 ap. Joh. Pistor. tom. 1. Scriptor. Germ. Dilich. P. 2. Chron. Hass.
 ad d. a. Fabric. l. 6. Orig. Saxon. Chytr. l. 18 Saxon qui quidem Ann.
 numerat 1268. Brunner. Triad. Electoral. Politic. l. 1. Catalog. Elector.
 Saxon. Wahrem. ab Ehrenberg Meditam. d. Fœder, l. 1. c. 2. Quod
 postea renovatum sæpius, ac restauratum novissime Numburgi Ann.
 1614. Carpxov. d. Diss. c. 1 §. 19. Ritter c. Disc. th. 10. Errare autem
 mihi videntur, aut parum circumspicte agere, Wahrem. ab Ehrenberg.
 l. c. Myler. d. Princip. c. 25. pr. aliq̄, dum pactum hoc mutua successi-
 onis, der Erbverbrüderung/cum unionis fœdere der Erbvereinigung/
 perperam confundunt, atq; hæc vocabula pro iisdem temere inter-
 pretantur. Nam ut alia taceam ex instrumentis certe pactio-
 nis satis perspicuum fit, discrepare hæc invicem & distingvi. Confra-
 ternitas siquidem die Erbverbrüderung eo fine iniri solet, ut extin-
 cta altera familia illustri, altera in ditionibus succedendi Jus habe-
 at acquisitum firmumq; , Unio vero die Erbvereinigung latior est
 & inprimis de præstandis mutuo auxiliis certas leges habet propo-
 sitas, diciturqve Erbvereinigung non tam respectu hæreditatis, quam
 continuationis, quod ad hæredes transeat. Guttich. Dissertat d. Con-
 fra:ernitat. th. 1. Ritter. d. Disc. th. 11. Carpxov. c. Diss. c. 11. §. 10. seqq.
 Ejusmodi fraternæ unionis fœdus sub nomine der Vereinigung/non
 Verbrüderung/ inter Electores in actis Imperii reperitur, cujus pri-
 mordia referenda ad Ann. 1438. quo Francofurti initum, & denuo
 ibidem 1446 repetitum, ac postea Gelnhusi & VVormatiæ A. 1521.
 redintegratum firmiterq; Capitulatio. Cesar. §. 6. approbatum confir-
 matumq; est.*

(b) Idq; Opere suo insigni ac exquisitæ eruditionis, quo
 de Advocatia præclare latissimeq; commentatur. c. 15. n. 36. 37. 38.
 cujus rei rationes tres præcipue refert, uti enim (1.) Ganerbios in-
 juria temporis in unum coegerit, feceritq; ut irruentibus latrociniis
 c de populationum tempestatibus, conjunctis se defenderent viri-
 bus, ac in Principum Protectionem se conferrent, ita clientes im-
 becil-

becilliores, ut tuti essent ab Improbitate hominum potentiorum, clientelæ se commisisse. (2) Quo pacto porro societas Ganerbica certis sit adstricta legibus, eodem modo inter Patronum & homines clientelares certa Pacta intercedere. (3.) Sicuti tandem qui Ganerbinatus fiunt condomini, subditorum qualitatem aut Vasallagii nexum non amittunt, sic in Advocatia recepti in tutelam, legitimi magistratus Imperio neutiqvam eximuntur. Et licet jus hoc recipiendi in Protectionem alios, & clientelare patrocinium, quod diuturna Reip. Germ. consuetudine, quæ legem imitatur, comprobatur Ordinibus competit, regulariter Advocatis defendendi Jus necessitatemq; saltem, non vero Jurisdictionem, multo minus dominium attribuat, *Martin. Bœckel. d. Jure Protect. Clientel. P. 1. c. 3. n. 5. seqq. Hoping. Diss. d. Jur. Protection. noviss. conclus. 50. in not. sub lit. A. & C. insert. Disputat. Basiliens. Volum. VI Gail. l. 2. Obs 54. num. 2.* Aliud tamen conventiones, ususq; & observantia, ex quibus hæc judicanda omnino sunt, notum testatumq; faciunt juxta *Rosenthal d. Feud c. 4. conclus. 14. num. 4.* Idem quoq; usu venire in Advocatia Ecclesiastica, quæ *Castenvogten* dicitur, erudite admodum ostendit *Magerus d. Advocat Armat. c. 2. a num. 230 ad 240.* Quamvis negari haud possit, latius aliquando patuisse hoc Vogtiæ Jus, ita ut Advocati non solum bona redditusq; Ecclesiarum administrarent olim, sed etiam in terris Ecclesiæ annexis Jus dicerent, rebusq; Civilibus ac Criminalibus præessent, *Knichen d. Jure territor c. 4 num. 496.* Quæ ratio in Episcopatibus ac Abbatiis ævo Carolovingico maxime servata legitur, ita ut Advocatos usitato more à Regibus acciperent, qui rerum extra Ecclesiasticum Imperium positarum curam gererent, ac à præsentis periculo Ecclesiam fortiter tuerentur. Attamen haud diu multumq; hæc Ecclesiastici Regiminis forma perduravit, factum namq; posteris annis, ut cum Episcopi & Abbates potentia ac opibus præsertim Ottonum Imperio ac indulgentia indies magis magisque crescerent, * & inte-

D 2

gris

* Primus autem qui secularem Idictionem cum potestate Ecclesiastica conjunxit, Saxonum Imperio extitit Bruno, acquisito fratris Ottonis M. permissione ac beneficio Lotharingiæ Ducatu, de quo *Monach. Corbeiens. l. 1. Annal. Saxon. p. 10. Brunonem inquit Pontificis summi ac Ducis Magni Sidimus offi-*

cium

sum gerentem, Meibom. in not. ad d. l. Wittichindi. Quæ res postea in exem-
plum ivit, Præsulesque neglecto religionis studio ac sacro cultu ad secularem
potestatem & imperium conversi sunt. Inde est quod Adam. Bremens. Histor.
Eccles. l. 4. c. 5. edit. Maderian. p. 112. scribit: Adelbertum Archi-Episcopum
Bremensem amulatione Virceburgensis Episcopi, qui cum teneat Parochia
sua comitatus, Ducatum etiam provinciae gubernet, statuisse omnes comitatus
qui in sua Diœcesi aliquam Idictionem haberent, in potestatem Ecclesie redi-
gere. Quo pertinet diploma Wilhelmi Romanor. Regis Dat. Brunsvig. VI.
Id. Septembr. A. 1253. quod extat in Chronico Mindensi edit. à Pistorio, quo
Wedekindo in Episcopum & Pastorem Mindensis Ecclesie electo concedit Re-
galia & administrationem Bonorum temporalium ipsius Ecclesie de benignitate
Regiæ Majestatis, ut de cætero tanquam Imperii Princeps bona ipsius Ecclesie
administret, ordinet, dispenset &c. Porro Tabulæ Rudolphi I. dat. Augustæ
An. 1275. quibus Ortholpho Burenfi Abbati Regalia ac administrationem tem-
poralium confert ap. Hund. Metrop. Salisb. tom. 2. sub rubr. Beuern.

gris Ducatibus Comitatusque auferentur, abolito pristino Ad-
vocatorum munere, susceptaque rerum civilium, in quan-
tum Diœceses suas spectabant, administratione, ipsi ditionibus suis
cum civili Imperio præessent, subditosque propria auctoritate rege-
rent, ac eo nomine Cæsarum privilegia Investituramque impetra-
rent. Paurmeist. d. Idiction. l. 2. c. 9. n. 8. Confer. quæ de hoc argu-
mento differit Dan. Heiderus Disc. eruditiss. von Reichs-Bogtzen.
al. AA. usque ad EEE. Lehman. Chron. Spir. l. 2. c. 36. Dn. Conring.
Dissertat. d. Urb. Germ. th. 108. seqq. & d. Judicium Reip. Germ. th. 71.

(c) Hujuscemodi Advocatiæ possessionem Sereniss. Elector
Saxonie in Diœcesi Abbatie Quedlinburgensis obtinet, urbe antiqua
& ab Henrico Aucupe, qui primus augustam dignitatem ac Regni
Germanici fastigium ad Saxonum gentem transtulit, condita olim,
ac congregatione Sanctimonialium ab ejus conjugè Mechtilde insti-
tuta Dittmar. Episcop. Mersb. l. 1. Chron edit. Maderian. p. 10. 12 20. Pro-
inde audit: belehnter Erbvogt zu Quedlinburg/ & non tantum merum
Imperium exercet in ipsa urbe, Jurisdictione inferiori in eadem, &
quibusdã locis adjacentibus nominatim in Westendorff & Diersfurth
certo modo Abbatissæ relicta, extra civitatis mœnia autem plenam,
& omnimodam Idictionem legitime tenet. Id quod ex compactatis
cum Abbatissis videlicet, Henrici Ducis Saxon. An. 1539. & Augusti
Electoris An. 1574. constat. Conf. Mynsing. Decad. 13. Resp. 3. n. 100. seqq. &

Ex eo Wehner. *Objerv. Practic. lit. V. verb. Vogtey* ubi copiose pater ac diligenter jus modumque Vogtiæ persequitur. *Add. Knichen. d. Jur. territor. c. 4. a n. 502 ad 517. Paurmeister d. Jdictione l. 2. c. 10. n. 17. seqq.* Quo tempore autem ad Domum Saxoniam pervenerit Vogteica hæc Jdicio expeditum haud est, nisi quod *Paurmeister. d. tr. l. 1. c. 26. n. 22. tradat: Advocatiam Abbatia Quedlinburgensis olim Comitibus Reinsteinsibus, & Episcopis Halberstadiensibus ad tempus concessam, postea domui Saxonica in feudum datam esse.* Extant sane Caroli IV. d. Anno 1358. & Friderici III. d. An. 1475. tabulæ incorruptæ ac certæ, quæ jam ea ætate acquisiti hujus juris significationem dant, atque pariter ostendunt Protectionem, der Erbschutz à Jure Vogtiæ, der Erbvogtey/ quod infeudatione Abbatissæ consequutum, separaram esse maxime. Quamvis liquido constet, alia quoque demonstrari hujus Juris capita & fontes, in quantum scilicet eidem territorii potestas adjuncta est. Cum enim Jdictionales actus necessario requirantur, quibus certum territorii Jus firmetur ac ostendatur, *Knichen d. Jur. territor. c. 3. num. 241 seqq.* eo minus in dubium vocanda assertio Serenissimi nostri, quæ Dominus istius territorii vindicatur: quæ quidem tot talesque actus absque intercessione Abbatissæ per longissimum temporis spatium expediti repetiti que extant, qui Jdictionem universalem manifesto aperteque indicant, ac confirmant. Unde sententiæ meæ quoque auctorem habeo *Illustriss. Dn. Baronem à Frisen, Dissertatione incomparabili d. Jur. Principis extra Territorium. C. 1. n. 68. ubi ait: Sereniss. Elector. Saxon. in Abbatia Quedlinburgensi omnia jura superioritatem demonstrantia exercere.* Accedunt peculiæ pactio leges, quibus collegium sacrarum virginum sine consensu Electoris Abbatissam eligere nequit, sed eundem requirere omnino adstringitur, ipsaque vi eorundem pactorum feuda majora cuiquam, absque Advocati permisso voluntateque concedere prohibetur, juxta tenorem compactator. d. A. 1574. inter Electorem Augustum & Abbatissam Elisabetham, Comitiss. de Reinstein initorum. Hinc recte cives Quedlinburgenses, Serenissimis Advocatis, quotiescunq; casus evenit, ut homagium sit præstandum hac Jurisjurandi formula utuntur: *Daß der Rath und Gemeinde zu Quedlinburg den Churfürsten zu Sachsen Sr. Churfürstl. Durchl. Männl. Leibes Erben / etc. treu und hold seyn / alles thun halten und lassen sollen und wollen / daß ein getreu Unterthan gegen seinen Landesfürsten / Erbvogte und Obrigkeit*

Peit zu thun schuldig. Quæ verba, quæ universalis Domini & sublimioris Jdictionis Jus includant nemo non videt, *Confer. Knichen d. Jur. territor. c. 3 n. 294. seqq.* Sequitur insuper, quod collectandi Jus Dn Electori nostro quoque sit commune, ita ut conjunctim ab eodem & Dna. Abbatissa tributa subditis soleant imponi, hoc moderate, ut duæ collectarum partes ipsi Electori persolvantur, tertia vero Abbatissæ ærario cedat, quod iterum non contemnendum potestatis Jurisdictionalis est indicium, cum earum solutio subjectionis ac civilis obsequii indubitata tessera sit, ac superioritatem territorio radicatam, firmiter arguat, *Knichen. d. Jur. territor. c. 3. n. 369. seqq. Henr. Bruning. d. Voc. Universitat. Specieb. th 38. Gail l. 2 Obs. 52. n. 12. 13. & Obs. 54. num. 5.*

Cæterum æquum est maxime, ut Serenissimo Domino Electori nostro, DOMINO JOHANNI GEORGIO II. Advocatiam Quedlinburgensem ab Illustrissimis Majoribus ipsi per manus traditam, fortiter ac præclare tuenti, in postrema hac Dissertationis meæ pagina vota nuncupem, quæ pietas, & quam fors nascendi ingeneravit animo, obsequii ratio, merito exigunt. Servet hunc Pium, Felicem, Inclytum Principem, exoptatissimum Patriæ Patrem, Divinum illud & benignissimum Numen diutissime, novis ac illustribus corporis & animi accessionibus, si quæ ad Archiprincipis fortunam accedere possunt, subinde mactet, ornet & augeat, faciatque, ut quæ maximis his motibus & turbulentis Germaniæ rebus, laudabili ac ad posteros memorando exemplo, pia moderatione hætenus sequutus est consilia & Pacis Universalis vota ac studia, non Saxoniam suam tantum, cujus unicum existit præsidium ac amor, sed toti Germaniæ salutaria porro sint & felicia.

SOLI DEO GLORIA.

COROL.

COROLLARIA.

- I. Jurisdictio in dubio cumulative non private concessa videtur nisi aut feudo annexa, aut ex titulo oneroso, & contractu, aut per Præscriptionem, acquisita sit. *Wurmser. Exercit. Jur. Publ. 3. qu. 16. Menoch. l. 2. Præsumt. 18. num. 1. s. 18. 24. Harprecht ad. §. 12. & 13. l. d. Rer. divis. & acquir. ips. dom. tom. 2. num. 193. Berlich. Part. 1. Conclus. Practicabil. Conclus. 2. num. 4. s. 15. & 16.*
- II. Dominus sylvæ venatoriæ ab eo, qui Jus venandi in sylva acquisitum habet, prohiberi potest, ne arbores præter necessitatem cumulativè excidat, cum nemini servitutem rectè constitutam propria auctoritate liceat deteriorem facere. *Harprecht. ad d. §. 12. & 13. d. Rer. divis. & c. n. 281. seqq. Gail. l. 2. Obs. 67. n. 5. seqq. Neopolitan. 4. dig. tit. venatio. c. 6. Knipschild. de Jur. Civit. Imp. l. 2. c. 7. n. 49. 96. & 106. Kraisser. Tr. d. Jur. Forest. Bavaric. Artic. 4. n. 2. seqq.*
- III. Jus Venandi qui in feudum aut cum feudo concessum obtinet, private regulariter non cumulative habet *Myler. d. Princip. P. 2. c. 73. num. 16.* Ita ut solus Vasallus Domino directo excluso in territorio feudali Venationes instituere possit, *Harprecht ad d. §. 12. l. d. rer. div. num. 187. seqq.* quod eo magis asserendum de Venatione, quæ ex conventionem & transactione competit, præsertim cum in pactorum tabulis verba exclusiva expresse reperiantur.

IV, Do-

ax Th 2670

IV. **Domina rerum ex Jure naturali originem ducunt.** *argum. l. 3. ff. d. acquir. rer. dom. & L. 1. §. 1. d. acquir. vel amittend. possess. Frantzck. Ex. 1. qu. 6. neque communitio primæva aut universalis unquam fuisse videtur. Dn. Conring. Diss. d. Domin. Mar. th. 9. 10. 11. Dn. Zigler. in not. ad Grot. d. F. B. & P. l. 2, c. 2, §. 2. Hugo de Roy de eo quod justum est l. 1. tit. 5.*



IV, Do-

no



B.M. 5
h. 40

D

GA

Dn. M

Pa

FR

277912)

II R
2670

RIS PUBLICI

NATU,

n Ordinis

IA CRAMERO,

s Academiae

ore aeternum

um

bet

OBUS Leichner /

torum

. DC LXXVII.

ORG.

